



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 62. Quædam Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. modestia, religionis studio, animi ca-

A. C. 1665. dore, ac pietatis fervore, cunctos tam

Ecclesiasticos quam Laicos ad sui imi-

tationem incitabat: Demum Toletanus

Archiepiscopus, Hispaniæ Primas, &

supremus Castellæ Cancellarius, Regi-

que a secretioribus consiliis nomina-

tus, Toleti Mense Septembri expleto

septuagesimo septimo ætatis anno vitam

meritis plenam finivit.

§. LXII.

Quædam Sacrarum Congregationum decisiones.

S. Congr.

Rit. Conc.

Episc. &c.

Oriebatur quædam disceptatio inter

Ravennatensem Archidiaconum,

Abbatem Ecclesiae ad S. Vitalem, an

hic vel Archidiaconus, aut alias Ca-

thedralis Canonicus aspersorium Aquæ

Iustralis Archiepiscopo Ravennati

præbere debeat, quando hic una cum

Capitulo Metropolitano ad Pontificium

exercenda Ecclesiæ accedit. die igitur

vigesima prima Martii Sacra Rituum

Congregatio desuper consulta respon-

dit, id Abatti competere, Archiepi-

scopo autem ejusdem festivitatis Ve-

speras non amplius celebrante, vel

eisdem non assistente, Baldachinum

ejus deponatur, atque aliud pro Ab-

bate celebraturo erigatur. Pariter sacra

Cor

Concilii Congregatio die vigesima se- Sæc. XVII.
cunda Augusti declaravit, quod Epi- A.C. 1665.
scopus contra Clericos in comœdiis
prophanis recitantes pœnam excom-
municationis ferendæ sententiæ statuere
valeat. Die autem quinta Septembbris
S. Congregatio Episcoporum & Regu-
larium reprobavit quorundam confue-
tudinem, qua quidam in Ecclesiis cer-
tas sedes & loca veluti propria & hæ-
reditaria sibi vendicabant.

§. LXIII.

*Synodi Monasteriensis & Tornacen-
sis decreta.*

Quamvis Christophorus Bernardus de
Gallen Monasteriensis Episcopus
bellicis expeditionibus, aliisque Im-
perii negotiis plurimum distentus esset,
nihil tamen adeo non remisit ab Epi-
scopali vigilantia, quam suæ Ecclesiæ
debebat, ut etiam singulis ferme annis
aut Synodus celebraret, aut editis
epistolis Pastoralibus Clerum suum ad
sanctissimarum legum observantiam hor-
taretur: Eodem studio animatus hoc
item anno die decima septima Martii
habita Synodo Diæcesana priorum Sy-
nodorum decreta confirmavit, præce-
pitque Prælatis ac Superioribus, ut in-
vigilent, ne Canonici vel Vicarii a Chero
absint,

*Concil.
Germ.*